
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
35
3
1
7
8-9
ROMA


VITT. EMANUELE

POLEMICON:
SIVE
BELLICA EXPOSTULATIO CATHOLICI PHILALETIS:
Adversus
IRENICON:
SIVE
EPISTOLAM PACIFICAM CHRISTIANI PHILIRENI &c. S. T. P.

Non veni pacem mittere sed gladium. Matth. 10.

PROLOGUS.

FErendi non sunt importuni atque intempestivi illi buccinatores pacis, cum dispendio veritatis; & audiendi inclyti Majores Religionis nostræ, qui nobis ingerunt & inculcant: * *Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra opinio unitatis; sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ atque Evangeliorum unitam pacem esse quæ Christi est?* † *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas*; & : ‡ *Si de veritate scandalum sumitur; utilius permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur.* Nimirum ea demum vera, solida, & Christiana pax est, quæ cum vera fide, cum solidæ pietatis fundamentis, & cum Christianæ doctrinæ incolumitate conjungitur; at dum Religionis bases quatiuntur, dum Pelagius in Ecclesiam intrare parat, dum muros diruit, dum arcem obsidet, dum in ædes varias flammam conjicit, & jam proximus ardet Ucalegon; adhuc de pace, de modestia, de silentio verba fac-

* Hilar. cont. Auxent.
† Aug. Epist. 105.
‡ Gregor. in Ezech. Hom. 7.

facere, profectò non fidi civis monita sed hostiles veluti insidiæ sunt: ut ardor tepeat, ut sollicitudo conquiescat, ut vigilantia stertat, ut industria hebetetur; &, dormitantibus omnibus, veniat summa dies, ruatque alto à culmine & civitas & sponsa Christi. Certè non levioris culpæ putari debet, tacere quando contenta voce clamandum est; quàm quando tacendum est, perstreperis clamoribus obturbare. Ut ne dicam, quòd tyrannidis cujusdam non humanæ species sit, dum nox atra terris Christianis incubat, dum salutaris doctrinæ lux sese ex oculis fidelium festinat eripere, dum fortunatus adversariorum successus præsentem validissimè minatur interitum; ipsam etiam facem, qua incumbens indicatur pernicies, extinctam velle, ac libertatem fidei suis frustrare vel vocibus vel gemitibus. Contra (quantum ego arbitror) quorum in hoc luctuosissimo Ecclesiæ statu pro singulorum viribus officium est silentia rumpere, haud secus Deo reddendæ rationis obnoxii erunt quòd in tanto veritatis ac pietatis discrimine aut stylo aut voci pepercerint, atque si hostiles machinationes & versuta strategemata suo calculo comprobassent. Satius ergo fuerat ut intra suam sese cochleam cum suo IRENICO continuisset hesternus *Philirenus* iste; & illic, si videbatur, tacitus se oblectasset sententiâ oris sui; quàm quòd, si quid aliis adhuc religiosi ignis in corde palpitat, falsæ pacis præconio, velut injectâ frigidâ conetur exanimare. Author illi sum, ut inposterum paginis importuna ista oratione maculandis absistat; labores Ecclesiæ, quæ illum genuit, acrius penset; dejectosque & meticulosos animos suos infirmioribus ulterius ne ingeneret: rogans de cetero, ut hoc * *verbum* necessariæ *correptionis*, *aliquâ* fortassis *medicamenti acrimoniâ adspersum*, (quod justus dolor à me extorsit) æqui bonique consulere ne gravetur.

* *Aug. in Epist. ad Galat. c. 6.*

POLE-

POLEMICON: &c.

Em orsurus sacræ Theologiæ Professor *Philirenus*, ita infit: * *Tergemina potest circa quinque Propositiones quæstio moveri. Prima doctrinam spectat. Altera doctrinæ enuntiandæ ac profitendæ modum. Tertia* FACTUM, *ut vocant, Jansenianum: qua nempe quæritur an damnata doctrina in* AUGUSTINO CORNELII JANSENII *contineatur.* Dein retrogrado ordine de tribus his articulis fari incipit. *Quod postremam hanc*, ait, *quæstionem attinet; censemus hac de re Romanorum Pontificum Constitutiones ex animo nobis observandas cum silentio religioso.* Inter Romanorum Pontificum de hoc negotio editas *Constitutiones* proculdubio percensenda est, imò palmam obtinet, Constitutio celebris Clementis XI. *Vineam Domini* de exordio nuncupata: in qua effugia illa omnia tum de *facto Janseniano*, tum de *religioso silentio* abiguntur ad corvos; & *sensus obvius Innocentii XII. de ipsomet sensu obvio, quem in Jansenii libro habent, quive ab eodem Jansenio intentus, ac à præfatis Innocentio X. & Alexandro prædecessoribus damnatus fuit*, & non *de diverso sensu quopiam alio* jubetur accipi. Ubi & profligantur acerrimè *inquieti illi homines, qui non verentur docere, ad obedientiam Apostolicis Constitutionibus debitam non requiri, ut quis* JANSENIANI LIBRI SENSUM, *in antedictis quinque Propositionibus damnatum*, INTERIUS *ut hæreticum damnet; sed satis esse si ea de re* OBSEQUIOSUM (*ut ipsi vocant*) SILENTIUM *teneatur.* Neminem fugit, Pontifices sibi solis eam vindicare potestatem, ut prædecessorum suorum Constitutiones elucident, explicent, atque ab ambiguitatibus, si quæ fuerint, immunes reddant: pronuntiante † Innocentio XII. quòd *ad Summum Pontificem dumtaxat pertineat, sensum quem in his Propositionibus damnaverit, & ut damnatum à fidelibus credi censuerit, declarare.* Hoc itaque Clemens hodiernus jam solemniter & tersè præstitit. ‡ *Impudentiæ* non vulgaris reos, & *veluti naturalis honestatis, nedum Christianæ sinceritatis, oblitos* exagitat, qui *asserere non dubitant, formulæ ab Alexandro præscriptæ subscribi licitè posse ab iis qui* INTERIUS NON JUDICANT *prædicto Jansenii libro doctrinam hæreticam contineri.* Licuerit ergo fortassis olim de *facto Janseniano* & *obsequioso* seu *religioso silentio* pro suo cuilibet arbitrio canere; jam tandem aliquando tædiosæ illæ næniæ abolitæ sunt: jam *silentium* ipsum *religiosum* æterno silentio sepultum est: jam jurgationes de umbra asini,

* *Pag.* 4.

† *In Brevi ad Episcopos Belgii dato* 6 *Febr.* 1694.

‡ *In Bulla* VINEAM DOMINI.

aut tribus capellis, quæ tamdiu lacerarunt & vexarunt Ecclesiam, evanuêre. Igitur æthiopem lavat, qui larvis illis è tumulo excitandis nunc denuò navat operam. Præclarissimè quidam *Observator* nuperus alia lingua dixit: *Tametsi olim quædam offucia exstiterint circa sensum & modum signandi Formularii; nunc sanè, post emanatam Constitutionem moderni Pontificis, dubitationum omnium nebulæ dissipatæ sunt. Sensus obvius, quem ipsamet Propositionum verba præ se ferunt, & quem non injuria excellentes Episcopi unicam sopiendarum hodiernarum dissensionum viam censebant, nullius amplius usûs est: declaratus est inidoneus. Silentium religiosum erga* FACTUM, *quod item inclyti Præsules velut sacrum rebantur, abiit, excessit, emarcuit: à Bulla Clementina proscribitur. Nec est quod amplius quis sibi blandiatur (ut plures Theologi factitabant) subscriptionem Formularii nullum assensus interioris, & diserti in condemnationem Jansenii consensus, testimonium continere: Pontifex aliter decernit & sancit: & cuilibet dogmatis Janseniani amasio præcipit, ut Decretum exosculetur.* Quare lacertos in ventum & leves auras fatigavit propalam *Philireneus*, dum de *religiosa* erga *Factum observantia* adhuc obtundit. Ad aras & focos res rediit: ad juris & dogmatis quæstionem, atque ad Augustinianæ, Apostolicæ, Evangelicæ gratiæ defensionem disputatio devoluta est. Aut commonstrandum est, Jansenium ab Hipponensi Præsule dissentire (quod ego rem impossibilem duco, & contra quoscumque asserere paratus sum) aut evincendum, dissidere à Christo & Apostolis Augustinum: celebratissimosque Ecclesiæ Catholicæ proceres, insignissimos Romanos Pontifices, & sanctas synodos totius mundi reverentia consecratas, per mille & amplius annos, in efferenda atque recipienda Hipponensis Episcopi de gratia & prædestinatione doctrina, fidelibus fucum fecisse, & os oblevisse pessimè. Porrò hujus quoque receptionis patrocinium (adjuvante gratia pro qua dimico) libenter suscipiam; modò lis prior ante omnia evacuetur. Nam sive Evangelio consonet sive dissonet Aurelius Augustinus; partes suas honorificè explevit Jansenius, dum ipse in AUGUSTINO suo, à doctrina Hipponensis Antistitis non dissentiat. Igitur huc jam intendendi nervi, huc lacerti expediendi, huc contrahendum quidquid quis pro Bulla Clementina sive animis sive arte valet: cætera intempestiva, inutilia, præpostera, parerga omnia. Sic *classicum cano*, sic *ad nova certamina provoco*, sic *cieo in prælia*, si *vir* est, *Philireneum* ipsum: ut qui APOLOGIAM NOVAM PRO SACRO-SANCTA JANSENII DOCTRINA *gallorum idiomate conscriptam*, lacessere in animum induxit suum. Apage

*Reflexions sur une lettre touchant le Formulaire. Pag. 91.

Apage igitur cum frigidis monitis de *modestia*, de *pace*, de *concordia*, de *amore ordinis & disciplinæ*. Non somnolentis illis velut incantationibus & præstigiis, sed fervidis hortamentis ad exigendum ex Ecclesia magno conamine undequaque irrepentem Pelagium, sed * *armis potentibus ad destruendam omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei*, sed ingenti ardore pro ipsa fide & pro primis fidei capitibus, sed apparatu spiritali bellico tempus eget. Nam Jansenium in Jansenio, hoc est in libri sui volumine, ego instar meridiani jubaris lucidissimum esse statuo: imo vix ullum uspiam scriptorem dari, qui mentem suam verbis tum perspicuis, tum ad fastidium pænè copiosis, exertius aperuerit. Hanc mihi clavam, qui potest, eripiat. Præterea concordem esse Augustinum Europæum cum Africano, ita radiis solaribus omni homini partium studio non præpedito micat, ut in hanc rem arbitros appellare non dubitem quotquot latinè callent in universa republica Christiana: nam præter animum sincerum, latinæ linguæ notitiam, & qualemcumque ingenii captum, ad palpandam istam quasi manu consonantiam, aliud me judice non requiritur. Faciat periculum, cui aliquid otii, & sanctæ curiositatis, ad gustandum Christianæ pietatis genuinum nucleum, Deus dederit. Non pigebit impensæ operæ. Pinguescet anima ejus † *medulla tritici, & sanguinem uvæ combibet meracissimum:* sattiabitur planè uberibus consolationis cælicæ: ‡ *videbit, & affluet, mirabitur, & dilatabitur in corde suo:* si tamen ad percipienda humilitatis Christianæ Mysteria animum attulerit humilem, & ab æterna illa luce coruscante super mentes hominum (de qua ineffabilia leget) instrui sitientem.

* 2 Cor. 10.

† Deut. 32

‡ Isaiæ 60.

Jam ad secundum seu ipsius *doctrinæ* articulum nos evocat *Philirenus*. *Altera quæstio*, inquit, *quæ doctrinam spectat, brevius etiam expedietur. Nam etsi de Gratiæ auxiliis magna olim, & jam à sæculo potissimum, disputatio exarsit; equidem circa famosas quinque Propositiones nulla est hodie inter Catholicos dissensio: &c.* Quid? nullane est hodie inter Catholicos circa famosas quinque Propositiones dissensio? E qua terra, amabo, apparuit nobis *Philirenus* ille? E quo mari emersit? Vel è quo cælo lapsus est? An quemquam modernarum controversiarum tantillò gnarum latere potest, Propositiones illas quinque, quas Magni Ecclesiæ Patris Augustini discipuli & defensores in sensu gratiæ *necessitantis* explicant, à Molinæ consecrancis accipi in sensu gratiæ divina sua virtute efficientis? Adeoque tantum

 cir-

circa Propositiones dissensionis existere inter hos & istos Catholicos, quantum circa lucem & tenebras, circa bonum & malum, circa cælum & inferos? Nisi forte (quod non opinor) *Philirenus* Molinianos è Catholicorum catalogo delendos putet. Præterea quanto tum à Jansenianis, tum à Jesuitis, intervallo rursum dissident recentiores quidam Thomistæ: qui beneficio potentiæ cujusdam proximæ, quæ nullum effectum sortita est aut sortietur umquam; & simul cujusdam sufficientis gratiæ, cui præcipuum robur ad ponendam actionem deficit, Propositiones in mirabiles formas tornare vel concidere didicerunt. Ut jam nihil dicam de medioxumis quibusdam pugilibus, Massio Parisiensi, Dionisio Leodiensi, Deckero Mechliniensi: quos veluti *novorum deorum annuntiatores* circa quinque celebratas Maximas non injuria dixeris. Sileo de Archipræsule Cameracensi, aliisve nonnullis (eheu!) Galliæ Antistitibus: quos Molininianæ factioni gnaviter velificari, & Propositiones ad veræ medicinalis gratiæ intellectum inflectere, non levibus indiciis liquet. Insignitè igitur hîc dormitavit *Philirenus* iste *Christianus*, dum nullum superesse circa quinque pronuntiata inter Catholicos dissidium securè fundit.

Posteaquam dein conquestus est *quosdam zelo amaro incitatos harum Propositionum errores vel invitis affingere Theologis, qui eos publicitus abominantur; Nostrum sanè nemo est* (inquit) *qui damnatas hasce hæreses non & animo execretur & lingua.* Verba & voces audio, sed nihil rei. Omnes quasi Proteum quemdam è Propositionibus litigiosis faciunt: & alii quidem Belial, alii Christum de eisdem sculpunt: perinde ut fieri assolet de quibusdam imagunculis, quæ ex uno latere conspectæ diabolum ex altero angelum repræsentant. Quas itaque nobis hæreses occinit *Christianus* ille? Aut quæ publica autoritas eas verbis intelligibilibus circumscripsit? Vel an forte existimat famosa pronunciata istas hæreses tam dilucidè promere, ut Diogenis lucerna opus non sit ad videndum tam rutilo ac claro die? Pandat ergo (obsecro) illas periphrasi ad intelligentiam quoque nostram accommodata; & dignoscamus an omnes, quos jactat Catholici, vel ii saltem quorum nomine videtur loqui, pedibus ituri sint in ejus sententiam. Certè à paucis diebus aderat mihi vir de Clero Batavo haud ignobilis, & quo ferè nemo magis impigrè stylum exercuit in hisce turbis, qui *Philireni* confidentiam admiratus aiebat: Quis satis auctoratus Scriptori isti mandavit ut totius Cleri nostri nomine quid chartis inderet? Ne tamen aliquis ex hisce

verbis alienam mei a veritate suspicionem induat; fatebor ego candidè, me (quod pavere videtur *Philirenus*) * *nec Batavicæ gentis esse, neque istius Ecclesiæ ministerio adscriptum.* * Pag. 3. Quapropter invidiam, si qua dignus sum ob defensum utrumque Augustinum (Batavum videlicet & Tagastæum) nulli omnino hominum accreatam esse cupio nisi mihi; & contra facientem, in æquitatis & justitiæ leges peccare, atque temeraria audacia alieno crimine insontes involvere, palam detono.

Nunc ad Scriptoris nostri Palladium, quæstionem inquam tertiam, digressio facienda est. † *Quæritur enim*, ait, *quibus verbis, qua* † Pag. 8. *loquendi formula, nos fidem profiteri oporteat in his quæ spectant ad quinque Propositiones? Dicam autem sine sermonis ambitu: Nobis ex regula Ecclesiæ loquendum esse, ne verborum licentia dissensionibus locum demus, ne Ecclesiæ pacem & ordinem turbemus, ne cui ansam præbeamus male suspicandi.* Nihil toto libello suo elegantius atque excellentius memoriæ prodidit. Amplectimur itaque hanc regulam ambabus ulnis, & toto animo. Nam & nos in *Apologia Gallica* adduxeramus hanc præstantem Magni Augustini sententiam: ‡ *Liberis verbis loquuntur* ‡ Nouvelle Apologie &c. Pag. 40. *Philosophi .... Nobis autem ad certam regulam loqui fas est: ne verborum licentia de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem.* Itaque isto in principio planissimè concordes sumus. *Atqui* (prosequitur *Philirenus*) *Ecclesia quinque Propositiones damnat, damnandasque decernit; & contrariis fidem nos pronunciare verbis jubet.* Quantum laudis dicto anteriore promeruit, tantum post tot prægnantia argumenta atque testimonia à nobis in contrarium acervata (de quibus ne hiscit aut mutit quidem) imprudenti hac assertione dedecoris accersit sibi. Quæ est enim ista Ecclesia, quæ Propositiones damnandas censuit? Aut quid tota fermè Præfatione Apologiæ egimus, nisi ut ad oculum omni viro probo demonstraremus, universam damnationis illius tragædiam tam disjunctam fuisse à spiritu Ecclesiæ sponsæ Christi; quàm à superis terra, à veritate mendacium, & à justitia iniquitas dissidet? Quid rursus *Apologiæ* Paginis 26. 27. 28. variis documentis, quæ ineluctabilia censemus, tam operoso marte pugnavimus, nisi ut pateret, prorsus ejusdem Ecclesiæ titulo indignum esse, quidquid in ferali ista Propositionum controversia factitatum est? An forte *Philirenus* noster rationes illas, fortissimas nobis, inter aranearum telas, inter cassæ imaginationis ludibria, vel inter crepundia puerorum, fiduciâ præjudicatæ suæ sententiæ, adnumerandas æstimat?

mat? Cur ergo putrida ista retia non perfringit? Cur ludribria ista non dissipat? Cur levia ista crepundia non evertit & conterit? Estne hoc scribere, an nugas agere? Vel an arbitratur, nos jejunas affirmationes ejus ut oracula Delphica debere suscipere: in captivitatem redacto intellectu ad supercilii Pythagorici proverbium: IPSE DIXIT?

* Pag. 9. Verùm, inquit, * *jam quærendum non est de Propositionibus in se spectatis, & ad rigidam grammaticæ normam exactis: quod olim factum.* Per quos id factum? Quis ergo constans sensus, auctoritate ad id idonea, de versatilibus pronuntiatis datus est? Quid igitur nobis fantur Propositiones istæ? Quid edicunt? Quid volunt? Quid sanciunt?

† Pag. 10. † *Ad sensum* (ait) *pravum eas redegit Pontifex: eximens à censura doctrinam S. Augustini, quam quidem minimè lasisse se, sed sartam tectam esse velle, palam adfirmavit: quod & postea fecit Alexander VII. eamdem tutissimam & inconcussam pronunciando.* ô Vana effugia! An magis, vaga illa exceptione doctrinæ Augustinianæ, ad pravum sensum eas redegere Innocentius aut Alexander, quàm hodiernus Clemens XI. qui eas redigit ad sensum individuum, in Janseniano volumine comprehensum? Neque enim dubitandum est, quin & hic Pontifex doctrinam Magni Augustini vagis illis itidem terminis promptissimè exemturus sit. Sed quod inde aliud elicias consequens, quàm (ut Jurisconsulti sciscunt) protestatationes actui contrarias nullo in pretio habendas esse?

Pergit interim scriptor confidentissimus; & tam levi fundamento, quod digiti talitro in auras dissilit, è tripode sua decernit:
‡ Pag. 10. ‡ *Sic in censuram quinque Propositionum universa consensit Ecclesia. Id quod adeo est in aperto, ut mirum sit rem omnibus conspicuam in dubium vocari à quoquam posse.* Non modò in dubium vocata est res illa, sed validis probationibus (ad quas velut carpio silet) apertæ falsitatis convictissima per *Apologiam* fuit. Intoleranda profectò est temeritas autoris illius, qui nulla demonstratione adducta UNIVERSÆ ECCLESIÆ præcisos limites pro arbitratu suo tam facili negotio figit, & consensum oecumenicum Christiani orbis, velut ducto circino, firmiter & pro certo circumscribere non reformidat. Nam si staret hæc hallucinatio ejus, jam dudum germana Christi Ecclesia de humano genere funditus periisset. Congregationem quippe perduellium (V. G. Arianorum) aliquando & numero ampliorem, & aucto-

auctoritate potentiorem fuisse, quàm quod ille Ecclesiam vocare non trepidat, nihil est in Historia Ecclesiastica exploratius & compertius. Si talis itaque cætus aut numerus ad constituendam universam Ecclesiam satis sit; cum vera Christi sponsa non nisi unica esse possit, jam ab antiquo vera Ecclesia, & quidem sæpius, tota concidit. * *Consensus* autem ille non contradicentium, satis superque in *Apologia* Gallica explosus ac profligatus est: præsertim cum ante Clementinam nuperam nemo certa auctoritate, aut ratione solida, quid ancipitibus illis pronuntiatis damnatum esset, tutò & sine erroris periculo nosse posset; adeoque nec consensum edere in res incognitas. Et quia de Clementina ista Constitutione jam crebrior sermo incidit; cuperem rescire è *Philireno*, an & hanc ipsam *universæ Ecclesiæ consensione* receptam autumet? Vel quanto adhuc tempore opus sit ut inter *receptas, probatas, confirmatas, obsignatasque* recenseatur? Nam hactenus quidem minus illa contradictionis & obstaculi nacta fuit, quàm vel Urbaniana, vel Innocentiana, vel Alexandrina antiquitus passæ sunt. Sic suo se nonnumquam laqueo irretiunt haud satis providi. * Pag. 11.

At necdum ab inconsulta quidlibet asseverandi fiducia *Philirenus* cessat. * *Sanè*, inquit, *nulla illarum Propositionum aut Scripturæ, aut Sacræ Antiquitatis verbis concepta est: ut ex ipsarum damnatione vulnus timendum sit divinarum Litterarum, Sacrorum Conciliorum, aut probatorum Patrum auctoritati.* Legitne (quæso) *Apologiam*, quam per furtivos quasi cuniculos hâc suâ scriptiunculâ suffossam vellet? Cur igitur obmutescit ad ea omnia Scripturarum, Conciliorum, ac SS. Patrum documenta, quæ circa quintam Propositionem tam copioso filo conglomerata sunt, ut & divinas Litteras, & venerandam Antiquitatem damnatione Propositionum lædi, perdilucidè enitescerct? Vel an è Sacræ Antiquitatis & Conciliorum albo expunget *Philirenus* noster Concilium Valentinum, Lingonense, & Ecclesiam Lugdunensem: qui sensum maximè obvium, & verè proprium, Propositionis quintæ, *Juxta Evangelicam & Apostolicam veritatem*, ut *Catholicum*, ut *Fidei Ecclesiæ ab initio commendatum, simpliciter & fideliter tenendum ac docendum* definivere. An similiter S. Augustinus *Philireno* isti *probatus Pater* esse desiit, quia sensu omnino pari, & conceptis prope iisdem verbis cum secunda Propositione adseverare non defugit: * Pag. 12.

* *Hac secreta*, hoc est, interior, *gratia à nullo duro corde respuitur: ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur.* Et iterum: * De Prædest. SS. c. 8.

 * *Deo*

* *De Corr. & Grat. c. 14.* * *Deo volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium.* Mitto alia : neque enim, propter quorumdam insubidam obfirmationem animi, vetus crambes identidem recoquenda est.

Posthæc *Philirenus*, quasi nonnihil commotior factus, destomachatur in Propositiones infortunatas, & vocibus tragicis exclamat: † *Pag. 12.* † *Abeant ergo quinque Propositiones in malam rem; maneamque suis sepulta tenebris, unde olim inauspicata quorumdam industria ad insignem Ecclesiæ luctum emerserunt.* Non repugno ut abeant: videlicet tamquam inventum Satanæ ad vexandam Ecclesiam; tamquam pomum discordiæ inter nobilissima illius membra, hoc est, successores Apostolorum; tamquam inauspicatâ quorumdam industriâ confictæ ad elidenda divinorum auxiliorum salutaria dogmata: sed & unà statuatur sensus certus, determinatus, & perspicuus ad captum populi, quibus abeant in malam rem. Liberetur ab insidiis frandulentarum Maximarum doctrina sana, cui affines sunt; & ad quam pessumdandam à Molinæ asseclis non sine colore speciosissimo adducuntur; &, nisi Ecclesia Dei provideat, adducentur oppidò *donec auferatur luna.*

Igitur per me licet, ut abeant V. G. in pessimam rem eo significatu, qui (ne identidem actum agamus) descriptus est in *Prologo Panegyreos Janseniana pag.* 67.; verùm & illibati prorsus maneant alii sensus qui ibidem leguntur *pag.* 64. 65. & 66, & quos veram de divina gratia doctrinam expromere nemo in sancta Ecclesia cruditus ambiget.

‡ Vide *Philir. Pag.* 13. ‡ *Audimus* & nos *& Amplectimur vocem Ecclesiæ in Tridentina Synodo pronuntiantis:* DEUS IMPOSSIBILIA NON JUBET &c. *Scimus* & nos *hominem libero frui voluntatis arbitrio. Scimus* & nos *experientia convincente, gratiæ auxilio intus excitanti* sensu probissimo *resistere nos semper posse.* Sed quia hæc scientia omnibus vel simplicissimis fidelibus exploratissima & obvia est; vel hinc expergesieri debuerat *Philirenus*, alium anguem in hac herba feralium Propositionum latere, vel (ut phrasi ejus utar) alios scorpios dormire sub his lapidibus. Neque enim cogitandum est, aut tam insanum fuisse Jansenium ut his contraria senserit vel docuerit; aut tam stolidam fuisse inauspicatorum illorum fabricatorum industriam, ut non aliud voluerint damnatum Romæ quàm de quo nemo in Ecclesia dubitabat; aut ipsos etiam Romanos Pontifices ad hoc sua & suorum clientum ingenia maceraste, ut ab Ecclesia eliminarent errores qui nulli illic sano homini, nedum Jansenio, in mentem venerant.

Quis enim credat Eximium Lovaniensis Academiæ Theologum, &

& præfulgentem in Episcopali Ordine Sacerdotem, qui tam gloriosa pro Ecclesiæ Catholicæ dogmatibus bella gesserat, aut nescisse Concilium Tridentinum; aut ab Ecclesia Catholica non recedentem, documenta è diametro cum memorato Concilio pugnantia mandasse chartis? Ipsa ergo accusatio Propositionum istarum versatilium, in talem virum intorta, earumdem genuinam intelligentiam non obscurè pandit. Quidquid sit; & ut licuerit olim de significatione damnatarum Propositionum hærere, vel ancipiti cura distrahi; jam certè post editam tanto ambitu Clementinam Bullam nuda & aperta sunt omnia: nec nisi oculos ad evidentem lucem obnubens, pendere animi potest, quem in finem tota ista Jansenianæ damnationis machina à fallacium Propositionum architectis ab initio directa fuerit. Nimirum per latus Jansenii jugulum Hipponensis Episcopi perspicuè ac clarè petitur. Vulpes, cum caudis bene longis, sub pectore nutrit ac fovet conspiratio illa Moliniana. Propositiones jam, adstipulante & decernente Pontifice, fecere Jansenii. Patientur maturescere id judicii per annos plusculos. Post aliquot demum lustra retegent cassidem; & facillimâ operâ efficient, ut Propositiones istæ Jansenianæ Aurelii Augustini fiant: iisdem vel acrioribus Aurelii expressæ verbis. Hac spe, præterito jam Augustino, fecere Jansenii. Vatem me non vanum agnoscent posteri: nisi Ecclesiasticam Bullæ illius Clementinæ ratihabitionem (quæ est mea fiducia) misericorditer avertat Deus. Medullitus opto, ut *relicti* satis *soli* divinæ gratiæ defensores hæc fortius imbibant, fidelius ponderent, & suspiciosius novissima ventura prævideant.

* *Nec fastidimus*, ait *Philirenus*, *gratiam sufficientem quorumdam Theologorum, qui nihilominus agnoscunt gratiæ, qua Deus operatur in nobis* * *velle & perficere, ad omne Christianæ pietatis opus necessitatem.* Nos non modò fastidimus, sed & execramur malesanam vocem: non nisi politico cuidam concentui cum Molinæ fautoribus, & obliterandæ illi gratiæ, qua Deus in nobis operatur velle, magnificè utilem & accommodam. Igitur Theologi isti sententiam teneant, linguam corrigant. Nam ut rectè *Philirenus* habet: *Vulgo enim sufficiens dicitur, præter quod nihil est aliud ad rem necessarium.* Sed in hoc aberrat strenuè, cum adjungit quòd *vocum arbitraria sit definitio*: videlicet in rebus fidei & dogmatum, de quibus agimus. Illic enim, ut su-

* Pag. 13. & 14.

pra

pra ex Augustino audivimus (& *Philirenus* accinebat) *loquendum ad regulam nobis est*: quam, ne verborum licentia erroribus viam pate-faciat, nefas est transilire. Si V. G. quis jam cum * S. Hieronymo unam in divinis *hypostasin* invectam cuperet; atque ut inveheretur, privata auctoritate inter parietes scholarum adlaboraret; à suspicione hæreseos vel erroris meritò non abiret immunis. Exsuffletur igitur terminus *sufficientis gratiæ* quæ non sufficit, terminus Sacris Litteris & universæ Ecclesiasticæ Traditioni ignotus, terminus seipsum interimens, terminus insidians pomæriis fidei, nulli bono aptus, multo malo gravidus, veneni perpetui propinatio, sanæ locutionis eversio, bonæ mentis vexatio, dedecus rationis.

* *Epist. ad Damasum.*

Philirenus dein quæstionem impeditissimam de fructibus mortis Christi, promptius quàm olim ille Macedo nodum gordium, meram è tribunali suo sententiam dicendo solvit. † *De redemtione per J. C. Dominum nostrum*, inquit, *sic sumus instituti: Christum Dei filium, hominum servandorum causa mortem obiisse, sanguinemque fudisse pro omnibus quidem sufficienter, pro credentibus efficienter, pro electis perseverantibus eminenter.... Hinc orthodoxè dici potest pro omnibus omnino hominibus mortuus.* Invictè ex Scripturis, ex Conciliis ad id negotii congregatis, & ex celebratissimis quoad hanc materiam Pontificibus ac Sanctis Patribus, in *Apologia* gallica ostensum fuit, velut heterodoxam antiquitus ab Ecclesia rejectam fuisse Propositionem istam, qua Christus dicitur pro omnibus omnino hominibus, puta pro infidelibus in infidelitate extinctis mortuus; & ad omnia argumenta ista solidissima hoc unum Cato noster retorquet: ‡ *Non fuit hoc umquam ab Ecclesia rejectum.*

† *Pag. 15.*

‡ *Ibid.*

Nobis, subdit, *videtur sat magna S. Prosperi auctoritas, ut hæc de pretio sanguinis Christi sententia tutò recipiatur.* Numquam istam ullibi sententiam Prosper docuit: ut necesse non sit de auctoritate illius contra tam superexcellentium nubem testium contentiosam disceptationem incipere.

* Germanus sensus Tridentinæ Synodi sessione 6. c. 3. nobis hic est: *Etsi Christus pro omnibus mortuus est* (hoc est: etsi illa locutio secundùm Scripturas vera sit, Christum pro omnibus mortuum esse) *non omnes tamen* in individuo *mortis ejus beneficium recipiunt.* Quid simplicius? Quid naturalius? Quæ minus perplexa, contorta, aut impedita oratio? Flagellat ergo potius sententiam *Philireni* nostri quam adju-

* Vide *Philir. Pag. 16.*

adjuvat producta Synodus: quia ferè tantumdem est ac si diceret: Quamvis Scriptura asserat, Christum pro omnibus mortuum esse, cave tamen ut vocem *omnes* pro omnibus omnino aut pro singulis capias. Cum enim intentio Christi in solvendo mortis suæ lytro inanis & irrita esse non possit; nec omnes omnino mortis ejus beneficium recipiant; hinc collige vocem *omnes* hîc non pro omnibus omnino aut singulis, sed pro omnium hominum genere (ut alibi in Scripturis centies) debere intelligi.

* Locus S. Leonis, præterquam quòd cogitandum sit ad præsentes sermonem fieri, argutus quidam lusus in verbis est: è qua declamatoria dictione dogmata velle statuere, perinde est atque si quis velit ocrea caput contegi, & galea calceari. * *Eadem Pag.*

Sed ad summum posthæc sese exerit vel procacia vel oscitantia *Philireni*. † *Atque hæc*, ait, EX MATERNIS ECCLESIÆ VISCERIBUS NOS HAUSISSE GAUDEMUS. Patres Valentinæ Synodi præmissa auctoritate tum Apostoli Pauli, tum Sanctorum *Doctorum piè & rectè tractantium verbum veritatis, ipsorumque S. Scripturæ lucidissimorum expositorum, id est, Cypriani, Hilarii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini* &c. edicunt: *De præscientia Dei, & de prædestinatione, illud tantùm firmissimè tenendum credimus, quod ex maternis Ecclesiæ visceribus nos hausisse gaudemus.* Ad explanationem porrò eorum, quæ ex maternis illis visceribus se hausisse gaudent, dilapsi: *Item*, inquiunt, DE REDEMPTIONE SANGUINIS CHRISTI, *propter* NIMIUM ERROREM, *qui de hac causa exortus est, ita ut quidam, sicut ipsorum scripta indicant, etiam* PRO ILLIS IMPIIS, *qui à mundi exordio usque ad passionem Domini in sua impietate mortui & æterna damnatione puniti sunt, effusum definiant; illud nobis simpliciter & fideliter tenendum ac docendum placet*, JUXTA EVANGELICAM ET APOSTOLICAM VERITATEM, *quod* PRO ILLIS *hoc datum pretium teneamus, de quibus ipse Dominus noster dicit: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam æternam.* Et ecce *Philirenus* iste, ac si in faciem Patribus illis insultatum iret; *nos*, contra ait, *de redemptione per J. C. Dominum nostrum, ex maternis Ecclesiæ visceribus nos hausisse gaudemus*, quod *Christus pro omnibus omnino*, hoc est, pro singulis *hominibus mortuus sit, & non fuiße hoc umquam ab Ecclesia rejectum.* Quis hæc credat in viro de veneratione *Sacræ Antiquitatis*, ut apparet, sollicito, nisi oculis legerit? † *Ibid.*

Cæte-

Cæterum qualia ſint illa *ab humana ratione deducta argumenta*, quæ ſe *Philirenus inſuper habere* oſtentat, neſcio: cum tota lis quæſtionis hujus in *Apologia nova* ex primis fidei principiis, ex Scripturarum oraculis, & ex effatis Eccleſiaſticorum Procerum deducta fuerit.

EPILOGUS.

HÆc, opinor, ſatis erunt diſpellendo frigido & enervi ſcripto, quod argumentis caſſum ſolenni quadam affirmandi confidentia ſe tuetur. Fortiter vereor, ne lectores noſtri ſuſpicentur philautiæ morbo non parum laborare *Philirenum* iſtum: qui cum nihil fermè adſtruat, nihil refutet, è magiſtrali Cathedra indeſinenter definit: * *Sic ſentimus penitus, ſic profitemur.* † *Sic planè ſentiunt, & profitentur univerſi: nemo adhuc aliter, ne unus quidem.* ‡ *Sic ſumus inſtituti.* * *Hoc piiſſima mater Eccleſia nos lacte nutrivit: ita ſemper illa ſapuit:* & innumera ſimilia ad propudium.

* Pag. 7. † Pag. 11. ‡ Pag. 15. * Pag. 17.

In *Concluſione* tamen ſua vocem unam jacit, quæ non videtur negligenter prætereunda. *Damnatio*, inquit, *quinque Propoſitionum cum cenſura libri Janſeniani confundenda non eſt.* Mirificus ſanè homo ſit oporteat hic *Philirenus*. Cenſuram Propoſitionum cum cenſura libri Janſeniani confundendam eſſe, *Conſtitutio* ultima Pontificia diſertè præcipit; & novæ hujus conſtitutionis editor eamdem cum libri prædicti cenſura confundere diſertè vetat. Quid jam facto opus? Quis audiendus? Quæ pacis ratio? Quæ ſpes concordiæ? Conciliet ergo ipſe primus ſibi pacis fœdera cum Pontifice; & tum aliis cum aliqua proſperi ſucceſſus ſpecie pacem prædicet.

At vix temperavi ab effuſo riſu, cum in fine ſcriptiun-

ptiunculæ Philirenicæ hausi oculis hanc catastrophen. † *Si quis*, inquit, *quod absit*, *videatur sibi ex hac scriptione ansam nactus me in arenam pertrahendi*, *& quacumque ratione in certamen compellendi*, *is suam perdet operam. Sive à dextris incurrat*, *sive à sinistris*, *aerem verberabit*, *& digladiabitur solus: meque spectatorem habebit*, *non colluctatorem.* Nondum pervenerat ad notitiam meam, tam suaves & perjucundos homines his terris ali. Quid enim mellitius, quàm ut ubi quidquid in buccam tibi venerit, liberè effutieris, tergas os tuum, & dicas: Si quis ex hac scriptione me in certamen compulerit, hoc est, dictis responderit, & à me asserta comprobari voluerit; is perdet operam? Non sic Divus Hieronymus; sed ‡ *Cum dixeris quæ volueris*, ait, *audies quæ nequaquam velis.* Flandrica paroemia perhibet: Molendinum intraturo metus haud sit à polline. Circum intrasti, mi *Philirene:* aut cæsus, aut saltem pulverulentus à me abeas, necesse est.

† Pag. 21.

‡ Lib. 1. cap. 9. cont. Pelag.

Nec tamen æquitati tuæ convenit, ex pugna hac de meo erga te animo aliquid sinistrius suspicari: aut, si qua inter nos societas est, de comitate illius per hæc prælia quidquam minui. Scribimus ut personæ publicæ: pro veritate, pro assertione doctrinæ sanæ, pro sanctitate morum, pro communi Ecclesiæ bono, pro salute fidelis populi; agimus inter nos ut privatæ: pro necessitatibus, ac mutuo subsidio labilis vitæ hujus. Scriptiones itaque disceptantium de rebus fidei, mea quidem sententia, velut actus quidam publici censendi sunt, non absimiles iis qui in Curiis pro justitia partium, vel in Universitatibus pro gradibus Academicis haberi solent. Illic sæpissimè causarum patroni, aut Propositionum disputandarum æmuli, alter alterum, gnaviter ver-

versant, & sat molestis cæstibus probè dedolant: ita tamen ut peractâ fabulâ nemo sanum sapiens rancoris quidpiam reportet domum. Sic opto (& fore confido) ut si fortassis disceptationes hæ rursus, & tertiò, aut crebrius reciprocandæ sint; quisque nostrum contentionis suæ funem alacriter trahat: sed * *lenitate cordis retenta*; sed ad argumenta singula pede presso; sed amicitia civica, sociali, nedum Christiana incolumi.

* *Augustinus supra, ubi in Præfat.*

Veritatem & pacem diligite: dicit Dominus. Zachar. 8.


F I N I S.

Eutopia è Musæo nostro 24 Martii 1708. recepto IRENICO, *ad Calendas Januarias inscripto, post Calendas Martias.*



CONSIDERATIONS
SUR LE
NOUVEAU LIBELLE
DE
M. JAQUELOT

Intitulé reponse a l'apologie &c.



A Messieurs les Conducteurs des Eglises VVallonnes des Provinces Unies.

MESSIEURS ET TRES HONOREZ FRERES.

VOici le dernier ecrit dont je vous importunerai, en attendant le Synode, touchant les affaires de M. Jaquelot. Je me reserve seulement de vous presenter alors celui que je vous ai demandé la permission de dresser, pour mettre cette dispute en etat d'estre jugée. Mais a present je n'ai plus rien a vous dire, puis que M. Jaquelot veut bien prendre droit par mon apologie. Nous voila d'accord de nos titres; & je me tiens de mon coté a cette apologie, que je pretens soûtenir dans tout ce qu'elle contient. Si elle lui est aussi favorable qu'il fait semblant de le croire, voila une affaire preste a finir: il ne reste plus qu'a prononcer, puis que les parties elles mêmes la trouvent suffisammant eclaircie.

J'ai peine a croire néanmoins que M. Jaquelot tienne parole; & que quand il faudra venir au fait, il ne soit pas bien aise d'avoir quelque autre chose a dire pour sa défense, que ce qu'il pourra extraire de la lettre que j'ai eu l'honneur de vous adresser. Il fait le brave; mais il ne l'est pas autant qu'il en a la mine. Son style est un peu martial pour un Ministre de l'Evangile. Dans la nouvelle lettre qu'il vous ecrit il ne parle que de *passer en revûe*, *faire le caracol*, *rompre la lance*, *baisser la visiere*, *deplo...* charger son *artillerie a bale*, ou *a cartouche* &c. Mais avec tout cela, il ne faut pas juger de lui par la contenance: & toute sa bravoûre consiste *ventosâ in linguâ pedibusque fugacibus*. Ainsi quand il faudra venir a un jugement, je ne doute pas qu'il ne mette sa cause a couvert sous de nouveaux retranchemens. Il abandonnera les pretendus avantages qu'il tire de mon apologie, comme des dehors mal flanquez, & qui ne sont poins vûs du corps de la place.

Je m'attens donc bien, Messieurs, qu'il ecrira encore; & il en menace dans son dernier ecrit, quand il assûre que le *Public* jugera encore de nos affaires plus d'une fois, avant que vous en preniez connoissance. De plus qnand il est a bout, tous ses amis n'y sont pas; & devant que chacun de ceux qui ont travaillé au libelle du mois d'Aoust dernier, lui ait fourni une piece de sa façon, il aura de quoi étourdir longtemps le monde par ses repliques. Mais je m'engage, Messieurs, a le laisser criailler tant qu'il voudra; & bastir un triomphe imaginaire sur mon silence. Si j'ai encore a parler, ce ne sera que devant vous; & alors nous verrons si je ne parle pas assez clair pour me faire entendre.

Aussi bien ne doit on attendre de lui rien de plus redoutable que son dernier ecrit. On y voit a découvert qu'il a eu recours a ce qu'il y a de plus fin & de plus capable dans la societé des gens de sa sorte. Chacun y reconnoist le tour, les subtilitez, les echappatoires du Barreau; & cela, joint a ce qu'il

qu'il y a je ne sai quel faux jour, qui a les apparences du bon sens, dont on ne trouve pas l'ombre dans ce que M. Jaquelot produit sans estre aidé de personne, fait juger aux Connoisseurs qu'il est celui de tout son parti qui a le moins contribüé a cet ouvrage. La chose donc en est venüe a l'extremité; *les plus determinez champions* s'en melent; *res redit ad Triarios.* Par consequent il ne faut plus s'attendre a rien d'important de ce côté la: & même dés a present ce dernier écrit ne contient plus, pour parler le langage militaire de M. Jaquelot que des feintes, de fausses attaques, des ruses de guerre, pour entretenir l'escarmouche, afin de couvrir sa retraitte, en faisant toûjours bonne mine.

J'espere vous faire voir, Messieurs, que pour dire des choses qui aïent au moins un peu de couleur, M. Jaquelot, ou qui que ce soit qui parle en son nom, ne fait que deguiser, & qu'il donne le change sur toutes choses. Jamais, pour me servir du langage qui approche le plus du guerrier, grand vieux Cerf de dix cors & qui les a autrefois portez, n'a sû mieux ruser: pour faire perdre ses traces.

Il se vante d'avoir fait ce dernier ecrit en fort peu de temps; cela pourroit estre. Il y a bien des gens qui a la premiere lecture en pourroient juger ainsi; & moi même je rendrai ce témoignage a M. Jaquelot quand il le voudra; qu'il ne prend jamais beaucoup de temps pour penser a ce qu'il dit. Cela saute aux yeux, aussi tost qu'on les jette sur ses ouvrages. *Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει.* Ce Proverbe lui convient mieux qu'a personne du monde. Cependant si je voulois lui oster cette louange, cela ne me seroit pas malaisé: & je ne ferois peut estre, pas une grande faute, de m'en rapporter a certains avis donnez de bon lieu, qu'il a eu les fueilles de ma reponse l'une apres l'autre d'assez bonne heure, pour y penser plus de six semaines. Pour le temps que j'ai emploié a preparer mon Apologie, je lui laisse volontiers le plaisir de croire qu'il m'en a fallu beaucoup. Je ne me pique pas de repandre sur le papier tout ce qui me vient dans la pensée sans l'examiner. Mais je puis l'avertir de retrancher des trois mois qu'il me preste charitablement, les deux tiers dans toute leur integrité. Il peut se convaincre quand il voudra, s'il n'en est pas deja convaincu, que l'ecrit a eté deux mois entiers sous la presse, & que la Copie a eté donnée au Libraire toute entiere dés le premier jour.

Je passerai, Messieurs & tres honorez Freres, par dessus bien des choses, qui ne reviennent a rien dans la lettre nouvelle de M. Jaquelot, ou du moins je ne les toucherai que legérement. L'honneur que M. Jaquelot se fait de l'approbation du *Public* dans le projet de ses lettres & dans tout le cours de cette affaire, merite t'il qu'on y face de longues reflexions? Ce *Public* est un certain nombre de Refugiez unis a M. Jaquelot, par les mêmes interets & les mêmes vües; & quelques personnes de l'un & de l'autre sexe qui ont juré de croire sans examen tout ce que M. Jaquelot leur debite. Ce n'est point une fiction. Les amis même qui ont composé son libelle du mois d'Aoust
Libel. dernier rapportent un exemple d'une personne qui me condanne de manquer
p. 50. ce charité sans avoir lû mes *Avis.* Qui lui a dit qu'ils violent la charité, puis qu'elle ne sait rien de ce qu'ils contiennent? Mais ainsi est fait le *Public*

dont il s'agit : & il ne faut pas connoitre beaucoup de monde a la Haye, pour savoir qu'il y en a un bon nombre de ce caractere ; ils ne savent ni parler ni juger de rien que comme M. Jaquelot les méne : *addicti jurare in verba magistri.* Eux même se font honneur du nom de *Jaquelotistes*, qu'ils ont forgé exprés pour se le donner. Ce *Public* ne sait rire & gronder que quand on le lui ordonne : & c'est de son suffrage que M. Jaquelot se tient assuré. Je ne lui porte point d'envie la dessus ; & je lui laisse volontiers l'approbation de ceux qui jugent les questions avant que de les entendre. Je me contente de n'estre pas condanné par ceux qui examinent tout, avant que de prononcer : & quoi que ce ne soit jamais la le plus grand nombre, je ne suis point jaloux de ceux qui ont la multitude de leur côté. P. 5.

C'est a ce *Public* qu'on persuade que je dis ce que je ne dis pas ; que je nie ce que je ne nie pas ; que mes amis me desavoüent ; que je ne me sauve que par l'equivoque de mon style ; que je me jette dans une obscurité impenetrable ; qu'il ne faut que mon apologie pour me convaincre ; qu'on me charge de démentis legitimes ; que je ne sais ce que je dis ; que quand je surprens M. Jaquelot dans des fautes d'Ecolier, c'est moi qui fais les fautes, & qu'il a l'avantage de me redresser ; que je suis sans sincerité ; qu'il y a longtemps que j'en ai convaincu même d'Illustres personnes ; de qui néanmoins je n'ai l'honneur d'estre connu que sur le portrait que M. Jaquelot leur a fait de moi : portrait fort infidele, si on en juge par le caractere du Peintre. En un mot c'est en faveur de ce *Public*, qu'on a fait le dernier ecrit ; parce qu'il n'y a qu'un tel *Public* qui puisse en croire M. Jaquelot a sa parole ; & que toute personne de bon sens verra bien, avec un peu d'attention, que jamais on ne sauroit ramasser plus de pauvretez dans un si petit espace, qu'il y en a dans les deux fueilles de cette reponse. Tout cela ne vaut pas la peine que j'y face des reflexions.

Ce qu'il veut reduire toutes ses fautes a un defaut d'approbation qu'il auroit dû rechercher, est une petite ruse qui sera aisement mise en evidence, quand il faudra faire devant vous la comparaison de sa conduite & de la mienne. Le judicieux dessein de prouver que les mots de fausseté, d'imposture, de calomnie sont d'une usage necessaire ; comme si je ne lui avois pas fait connoître par mon exemple, qu'on peut s'en passer, même dans une longue apologie, où on a mille justes occasions de s'en servir : La subtile distinction qu'il établit entre la sincerité du corps d'un lettre, & celle de la signature : pretendant qu'un particulier, quoi que sans commission & sans aveu, peut sincerement dire dans une lettre, même au nom des Protestans en general, *nous vous assurons, nous vous croions, aidez nous* &c. mais que c'est pecher contre la sincerité que de mettre au bas de la lettre *nous sommes* : Ces petitesses & plusieurs autres sont si indignes d'arrester l'esprit des personnes sages ; que si ce n'estoit le *Public* de M. Jaquelot, il n'y auroit peut estre personne qui voulust les écouter.

La plupart de ces choses ne sont que des repetitions de ce que M. Jaquelot & ses amis ont deja debité dans leurs libelles, & que j'ai refuté en plusieurs lieux de mon apologie. De sorte qu'il feroit fort inutile de renouveller ici mes réponses. Il vaut mieux, Messieurs, que je me joigne a M. Jaquelot & que je vous demande avec lui que vous aiez la bonté de lire mon Apologie : puis qu'elle contient sa justification, a ce qu'il pretend ; & que de mon costé

espere qu'on y trouvera la mienne. Pour sa lettre, je ne puis vous en parler, que pour vous prier d'en user selon vos reglemens; & par consequent de ne lui faire pas l'honneur de la lire, au moins pour y avoir égard dans vos jugemens. C'est un veritable *libelle*; & un *libelle* tres-indigne de la lecture des honnestes gens. M. Jaquelot trouve a redire que je lui donne ce nom: mais pourquoi n'aurois-je pas dû le faire? Un ouvrage de quarante pages, qui ne sont rien autre chose qu'un composé d'une vingtaine de mots choquans, multipliez par toute sorte de combinaisons, & entrelacez de quelques sophismes, & de quelques citations hors de propos, peut il estre autre chose qu'un *libelle*? La matiére ne fait elle pas le *libelle*? & s'il ne manquoit que la formalité a un écrit sage & moderé, pourroit on l'appeller *libelle*? Non, Messieurs; vous estes trop eclairez pour ne regarder pas avec moi cette lettre comme un *libelle*, & un libelle tres injurieux, d'autant plus digne d'estre rejetté, que c'est un outrage que de presenter de tels ecrits a des personnes comme vous.

Tout ce que je desire pour moi, c'est que laissant ce libelle a part, vous aiez la bonté d'examiner & de comparer les choses: ce que M. Jaquelot a ecrit; & ce que j'ai répondu; de quoi il se plaint, & ce que je lui replique; ce qu'il m'impute & comment je me defens; quels argumens sont les siens; quelles preuves sont les miennes. Vous trouverez tout cela dans mon apologie, sans fuite ni deguisement. Aprés cela formez votre jugement. De cette maniere, Messieurs, celui du *Public Jaquelotiste* & le vôtre se trouveront assurément dans une grande opposition.

Vous verrez par cette application, Messieurs, que M. Jaquelot est un homme qui a toûjours le masque sur le visage; qui ne se montre jamais tel qu'il est; qui pour esquiver, donne le change sur toutes choses; & ne le neglige pas même dans les bagatelles. N'y a t'il pas quelque chose de fort singulier dans la leçon qu'il me fait sur *la crainte de Dieu* & sur *les loix de l'Evangile*; que je devois joindre au respect que j'ai pour vous, qui m'a empesché de lui rendre injures pour injures, comme des motifs de moderation? Qui ne croiroit, a l'entendre parler ainsi, sans avoir vû son premier ecrit, & le libelle du moi d'Aoust qu'il a toûjours eu cette crainte devant les yeux, & qu'il a bien gardé ces loix Chrêtiennes, dans les outrages qu'il a vomis contre moi? Ou est la pudeur d'un homme qui en violant les devoirs de la charité d'un maniere outrée, trouve que je n'ai pas encore gardé assez de mesures en lui repliquant, parce qu'il se figure que je serois encore allé plus loin, si j'avois eu devant les yeux toutes les loix de l'Evangile? Cela ne ressemble t'il pas un peu a quelqu'un qui, aprés avoir demi depouillé quelque malheureux, s'offenseroit de ce qu'il ne se laisseroit pas oster le reste de ses habits; & qui lui allegueroit les loix de l'Evangile, pour lui prouver que, s'il les avoit dans la pensée, aprés avoir perdu la robe, il laisseroit aussi aller le manteau?

p. 5.

Tout le monde, Messieurs, n'est pas d'accord avec lui sur la matiére. Il y a beaucoup de gens qui croient que j'en ai trop fait: & qu'avec un homme comme M. Jaquelot, tout exposé aux traits d'une vive repartie, je devois user de mes avantages: & le pousser par tout comme il le merite. Il en abuse lui même; & il tache mal honnestement de persuader a ceux qui s'en rapportent

rent a lui, que ma moderation est une marque de foiblesse; que ne pouvant me soûtenir je prens le parti de l'excuse; que je me bats en retraitte, parce que je n'ose l'attendre de pied ferme. Vous en jugerez, Messieurs, avant que cette lettre finisse.

